

sint. Sed istius preciosi balsami succū  
 videmus effugere nostras manus, &  
 per meatus subterraneos luto sordi-  
 busq; inquinatos labi & deuolui in  
 mare fluctibus feruens, quorum tem-  
 pestate hinc illinc agitatus, tamdiu  
 concutitur, quoad frigiditate maris  
 concrescat, & eiusdem falsedine alte-  
 retur. Salsedo & amaritudo maris  
 vincula & asperitatē legis, ac iræ Dei  
 imaginē significat, in qua veluti pro-  
 cellis oppressi tantisper fuerunt pri-  
 mi parentes & posterij, donec admi-  
 randa Dei bonitate, iterum in littus  
 ac portum tranquillæ conscientiæ re-  
 stituerētur. Et ea restitutio fit per pro-  
 phetas & apostolos, qui sunt pauper-  
 culi piscatores, sicut ij, qui succinum  
 ad littora protrusum colligunt.

Nam in tota Prussia non est aliud  
~~genus hominum magis despectum &~~  
~~vile, quàm sunt isti miseri officarij,~~  
~~qui ad succinum colligendum ordi-~~  
~~nari sunt: ij cum feruiles prope sint,~~